



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

XIII. De Vitstaco Qvomodo à vinculis sit ereptus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Erat autem sexta feria & Episcopus cum suis illa die sabba-
toque ieiunijs & orationibus sacrisque meditationibus usque in
diem dominicam intentius operam dabat.

DE VITSTACO QVOMO-

do à vinculis sit ereptus.

VINTEREA cuius quidam nobilis eiusdem ciui-
tatis VITSTACVS nomine, in conuentu po-
puli, in plateis, & domibus, vbicunq; & quado
cunq; facultas data est, regnum Dei & fidem
prædicare non desijt, Christianas traditiones & omnia
documenta Episcopi sana & sancta & veritatis plena con-
testans. hic etenim non longe ante aduentum pijssimi OT-
TONIS cum alijs conciuibus suis piraticam cõtra paganos
exercendo dum incautius ageret, in hostes inciderat, mul-
tisq; ibi trucidatis cum alijs vitæ relictis in captiuitatem
ductus fuerat. Cumq; ferro & catenis & tenebrosi carceris
custodia clauderetur, orando ad dominum per merita
Episcopi liberatus fuit. Nempe cum diuturna oratione
fatigatus in somnum resolutus esset, Episcopum OT-
TONEM qui eum baptizauerat & de sacro fonte leuauerat, si-
bi assistentem videbat. Quem dum ille cognosceret, rogat
iterum & genua flectit pro ereptione. At ille, Ad hoc, in-
quit, veni, sed tu liberatus ea quæ Sterinensibus man-
do, ferre non dubites. Et mox datis mandati verbis, & si-
gno crucis ad eum facto, captiuum exire iubet. Expergef-
ctus homo de visulætatur, mouet gressum, effectum pro-
bat visionis. Et ecce catenæ omnes & vincula soluebantur,
progreditur ad ostium, & carcer apertus erat. Sentit ergo
virtutem adesse diuinam altiq; suspirans gratias agit om-
nipo-

XIII.

mnipotentī Deo, ac timido gressu inuisam domum exiit, suspectisque locis leniter transiit, cursum ad mare tetendit, diuq; huc & illuc discurrens nauem quærebat, sed nullam inueniens admodum anxari cœpit. Nam se denuo capi, denuo incarcerari metuebat. Sed quid faceret? Ad vltimum, formidine mali, cum iam sine remige corpus in vndas pararet mittere, OTTONEM suum nominans ingemuit ad dominum. & ecce de insperato cymba littori adlabitur; quam sibi à Deo pararam videns, cum gratias egisset, ascendit & vtriusq; manibus fluctus verberans, ratem conuertit in altum, mirumq; dictu, quam citissime prosperante deus pat' ad pulsus est horis quod miraculum assiduo relatu notum faciant & STETINAM veniens responsa Episcopi ciuibus in vnum cōgregatis vt iussus erat præmissa ex ordine liberatione sua ita exposuit: O ciues, doctor & magister noster beatus OTTO sic & sic fecit mihi: & hæc mandat vobis. Grauis & dura nimis ab omnipotentī Deo vindicta super vos & super ciuitatem istam ordinata est, pro eo quod eius fidem & culturam polluistis, partim cum eo partim pro eo idolis seruientes.

DE SACERDOTE IDOLORVM *altare domini confringente sed punito.*

XIV.



f. Adilberti.

EPANDI quippe sacerdotes dum peste ac moribus homines & iumenta quodam anno ex inæqualitate aëris sibi laborarent, à dijs hoc malum immissum esse dicebant & ex voluntate populi Ecclesiã sancti ADLBATI martyris tintinnabulo & campanis deiectis, destruere cœperunt, vnusq; illorum dum malleo cementarij altare percuteret, subito læguore ac stupore à domino percussus est. Cumq; malleus de manu